



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum vti sit actus voluntatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

presentem spectat ad rationem superiorem: ergo oppositum habetur eius, quod intenditur ab Aug. & ipso. Ergo consensus in delectatione moraliam spectat ad rationem inferiorem.

¶ Ad evidentiam horum scito primo, quod cogitatio quandoque secundum se, hęc ratione ordinatur in aliqua alia operationem: quodque verò secundum se, hęc rationem ipsius ultimi operis. Dico autem secundum se, ad excludendum ordinem ex parte intentionis cogitantis. Tunc cogitatio habet ratione ultimi operis, quando ipsa ut cogitatio est, sumitur, prout. f. est inquisitio, vel cognitio veri, & huiusmodi. Tunc autem habet cogitatio ratione ordinari in aliud opus, quando ipsa ratione operis cogitanti sumitur: quia enim ratione cogitanti operis sumitur, propter ipsū opus secundum se est. Et quāvis ab hoc cogitante non exerceatur propter opus per se, exercetur tamen propter opus per se. Tanta autem est differentia inter cogitationem, hoc, vel illo modo sumptam, ut cogitatio propter opus cogitatum, sit in coordinatione eorum, quæ sunt propter aliud: & propterea, vñ littera dicitur, spectat ad inferiorem ratione. Cogitatio verò secundum se ipsam, sit in coordinatione operum: & propterea spectat ad superiorem rationem, sicut cetera vltima opera. Scito secundum, quod ratio inferior consideratur dupliciter. Vno modo secundum se: alio modo, ut participat superiori rationem, cui & suppositaliter, & identice coniuncta est: & licet ratio inferior secundum se, non habeat finale sententiam, ut participat tñ superiore, indicat finaliter, & mortaliter. Vnde ad primum dubium dicitur, quod consensus in delectationem cogitanti operis mortalis, puta fornicationis, vel vindictæ, hęc in se duo. Primum est, quod caret summatione, quam apta nata est habere talis delectatio secundum suum genus. Cum enim delectatio cogitanti operis, sit eiusdem rationis cum delectatione perpetrati operis, & differant tantum sicut imperfectum, & perfectum, & secundum se sit propter illam, si habet consensum in cogitationem, & operationem, habet consummatum consensum. Si autem in cogitationem tantum, habet imperfectum consensum eo modo, quo talpa est imperfecta in genere animalis: & secundum hoc dicitur deficere a finali sententia, quam scilicet secundum se apta nata est habere, & ad rationem inferiorem spectare, ut pote secundum se via ad aliud: & quod ad solam mulierem, id

est inferiorem rationem spectat, quia scilicet deest consensus ille ordinans ad opus, qui spectat ad virum, ut pote ultimus in genere agibilem. Secundum est, quod sit absque contradictione superioris rationis: & ex hoc habet rationem finalis sententia, ut peccati mortalis &c. ut patet in questione de veritate, q. 15. ar. 4. ad 6. & 12. Ita quod consensus iste in delectationem huiusmodi, & est rōnis in ferioris secundum se, quia est in id, quod secundum se est propter aliud opus, & de ficit a superiori ratione, quia non est in opus, & est rationis in ferioris, ut participat superiorem, quia sit contra regulas aternas, illa non contradicente: & ut in responsione ad ultimum in littera dicitur, est rationis superioris, quia secundum rationes aternas non dissentit. Et hoc intēdit etiam Augustin. circa finem illius capituli, ubi propter coniunctione utriusque rationis in uno homine, totum hominem ex huiusmodi consensu damnandum concludit. Et est finalis sententia circa cogitanti operis solam delectationem, & non est finalis sententia de agendis, quæ restat ulterior sententia, quam apta nata est habere huiusmodi delectans cogitatio, scilicet de ordine ad exercendum opus propter quas duas finales sententias in littera, primo nominatur allegatis obiciendo utriusque finalis sententia absolute, deinde descenditur ad finale sententia de agendis, & dicitur quod est consensus in opus. & sic patet, quod dicta littera consonant. Ad secundum verò dubium dicendum est, quod procedit ex malo intellectu litteræ. Per cogitare enim, ut est actio quædam, intendit author cogitationem secundum se: per illud vero, ut in aliud ordinatur, intendit cogitationem propter cogitatum opus, ut exposuimus. Et vult, quod consensus in cogitationem secundum se, spectet ad rationem superiorem, quia est opus ultimum, ut patet de contemplatione. Consensus verò in cogitationem propter opus cogitatum, spectet ad inferiorem, quia est secundum se via ad aliud. Ita quod non ponit author in littera tres, sed duos tantum ordines, scilicet operis, & cogitationum. Et declarat, quod cogitationes secundum se, clauduntur sub ordine operum, ita quod contra opera non distinguuntur, nisi cogitationes ratione operis cogitanti, ut in te terminis. Et de his vide in q. de veritate, questione & articulo prædictis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum, Vti, sit actus voluntatis.

AD PRIMVM sic procedit. Vt, quod Vti, non sit actus voluntatis. Dicit n. Aug. in 1. de* doct. christ. quod Vti, est id, quod in usum venit, ad aliud obtinendum referre: sed referre aliquid ad aliud, est rōnis, cuius est conferre, & ordinare: ergo Vti, est actus rōnis: non ergo voluntatis.

¶ 2. Præ. Dam. dicit, quod homo imperium facit ad operationem, & dicitur usus. Sed operatio pertinet ad potentiam executivam: actus autem voluntatis non sequitur actum executivæ potentia, sed executio est ultimum. ergo usus non est actus voluntatis.

¶ 3. Præ. Aug. dicit in lib. 83. q. Omnia quæ facta sunt, in usum hominis facta sunt, quia omnibus utitur ratio, iudicando ea quæ hominibus data sunt: sed iudicare de rebus a Deo creatis, pertinet ad rationem speculativam, quæ omnino separata videtur a voluntate, quæ est principium humanorum actuum: ergo uti non est actus voluntatis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 10. de* Tri. Vti, est assumere aliquid in facultatem voluntatis.

RESPON. Dicendum, quod usus rei alicuius importat applicationem rei illius ad aliquam operationem: unde & operatio, ad quam applicamus rem aliquam, dicitur usus eius, sicut equitare, est usus equi, & percutere, est usus baculi. Ad operationem autem applicamus & principia interiora agendi scilicet ipsas potentias animæ, vel membra corporis, ut intellectum ad intelligendum, & oculum ad videndum: & res exteriores, sicut baculum ad percutiendum. Sed manifestum est, quod res exteriores non applicamus ad aliquam operationem, nisi per principia intrinseca quæ sunt potentia, aut habitus potētiarum, ut exposuimus. Et

vult, quod consensus in cogitationem secundum se, spectet ad rationem superiorem, quia est opus ultimum, ut patet de contemplatione. Consensus verò in cogitationem propter opus cogitatum, spectet ad inferiorem, quia est secundum se via ad aliud. Ita quod non ponit author in littera tres, sed duos tantum ordines, scilicet operis, & cogitationum. Et declarat, quod cogitationes secundum se, clauduntur sub ordine operum, ita quod contra opera non distinguuntur, nisi cogitationes ratione operis cogitanti, ut in te terminis. Et de his vide in q. de veritate, questione & articulo prædictis.

Art. 1. ad 1.

4. paulo
it medi
m. 7.
12. to.

7. in fin.
3.

q. 6. m. 1.

12. cir
de. 10. 3.

r. di. 1. q. 2.
ar. 2.
Ca. 2. & lib.
10. de Tric.
10. paulo a
princ. to. 3.
li. 2. Or. ho.
fid. 22.

Idem Au. 19.
de civi. c. 4.

q. 3. in fin. 4.

Ca. 11. ante
med. to. 3.

QVAESTIO XVI.

De usu, qui est actus voluntatis, in comparatione ad ea, quæ sunt ad finem.

DEINDE considerandum est de usu.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum, Vti, sit actus voluntatis.

¶ Secundo, Vtrum cōueniat brutis animalibus.

¶ Tertio, Vtrum sit tantum eorum, quæ sunt ad finem, vel et finis.

¶ Quarto, De ordine usus ad electionem.

apta nata est habere talis delectatio secundum suum genus. Cum enim delectatio cogitanti operis, sit eiusdem rationis cum delectatione perpetrati operis, & differant tantum sicut imperfectum, & perfectum, & secundum se sit propter illam, si habet consensum in cogitationem, & operationem, habet consummatum consensum. Si autem in cogitationem tantum, habet imperfectum consensum eo modo, quo talpa est imperfecta in genere animalis: & secundum hoc dicitur deficere a finali sententia, quam scilicet secundum se apta nata est habere, & ad rationem inferiorem spectare, ut pote secundum se via ad aliud: & quod ad solam mulierem, id

q. 9. art.

aut organa, quae sunt corporis membra. Ostensum est autem supra, quod uoluntas est quae mouet potentias animae ad uios actus, & hoc est applicare eas ad operationem. unde manifestum est, quod Vti, primo & principaliter est uoluntatis tanquam primi mouentis, rationis autem tanquam dirigentis: sed aliarum potentiarum tanquam exequentium, quae comparantur ad uoluntatem, a qua applicantur ad agendum, sicut infra ad principale agens. Actio autem proprie non attribuitur in se, sed principali agenti: sicut aedificatio, aedificatori, non autem instrumentis unde manifestum est, quod Vti, proprie est actus uoluntatis.

D. 1210.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio quidem in aliud refert: sed uoluntas tendit in id, quod est in aliud relatum per rationem, & secundum hoc dicitur, quod Vti, est referre aliquid in alterum.

AD II. dicendum, quod Damasc. loquitur de usu secundum quod pertinet ad executiuas potentias.

AD TERTIVM dicendum, quod est ipsa ratio speculatiua applicatur ad opus intelligendi, uel iudicandi a uoluntate: & ideo intellectus speculatiuus uti dicitur, tanquam a uoluntate motus, sicut alia executiuarum potentiarum.

ARTICVLVS II:

Utrum Vti, conueniat brutis animalibus.

Supr. q. 11. art. 10. ad 4. Ca. 40. paulo post prim. cap. q. 11. art. 2.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod Vti, conueniat brutis animalibus. Frui enim est nobilius, quam uti, quia ut Aug. dicit in 10. de Trin. Vt mur eis, quae ad aliud referimus, quo fruendum est: sed frui conuenit brutis animalibus, ut supra dictum est: ergo multo magis conuenit eis Vti.

¶ 2. Praet. Applicare membra ad agendum, est uti membris: sed bruta animalia applicant membra ad aliqd agendum, sicut pedes ad ambulandum, cornua ad percipiendum: ergo brutis animalibus conuenit Vti.

q. 30. circa medium, to mo 4. Ar. p. 1. art. 2.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in li. 83. q. Vti aliquid non potest, nisi animal, quod rationis est particeps.

RESPON. Dicendum, quod, sicut dicitur, est Vti, est applicare aliqd principium actionis ad actionem: sicut consentire, est applicare motum appetitiuum ad aliqd appetendum, ut dictum est. Applicare autem aliqd ad alterum non est nisi eius, quod habet super illud arbitrium: quod non est nisi eius, qui scit referre aliquid in alterum, quod ad rationem pertinet: & ideo solum animal rationale, & consentit, & utitur.

q. praeced. art. 2. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Frui, importat absolutum motum appetitus in appetibile: sed Vti, importat motum appetitus ad aliqd in ordine ad alterum. Si ergo comparentur Vti, & Frui, quantum ad obiecta, sic Frui, est nobilius, quam Vti, quia id, quod est absolute appetibile, est melius quam id, quod est appetibile solum in ordine ad aliud. Sed si comparentur quantum ad uiam apprehensiuam precedentem, maior nobilitas requiritur ex parte usus, quia ordinare aliquid in alterum, est rationis: absolute autem aliquid apprehendere potest etiam sensus.

AD II. dicendum, quod animalia per sua membra aliquid agunt in se, in se natura, non per hoc, quod cognoscant ordinem naturae: bruta ad illas operationes. un non dicuntur proprie applicare membra ad agendum, nec uti membris.

ARTICVLVS III.

Utrum usus possit esse etiam ultimi finis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod usus possit esse etiam ultimi finis. Dicit enim Augu.

in 10. de Tri. Omnis qui fruitur, utitur: sed ultimo fine fruitur aliquis: ergo ultimo fine aliquis utitur. ¶ 2. Praet. Vti, est assumere aliquid in facultatem uoluntatis, ut ibidem dicitur: sed nihil magis assumitur a uoluntate, quam ultimus finis, ergo usus potest esse ultimi finis.

Cap. 11. de mediu. to mo 3. Loco proxime dicitur. paulo post princip. lib.

¶ 3. Praet. Hilarius dicit in 2. de Tri. quod aeternitas est in Patre, species in imagine, id est, in Filio, usus in munere, id est in Spiritu sancto: sed Spiritus sanctus cum sit Deus, est ultimus finis.

SED CONTRA est, quod dicit Aug. in lib 83. q. Deo nullus recte utitur: sed solus Deus est ultimus finis, ergo ultimo fine non est utendum.

q. 30. de procu. 2. b. ne com. 4.

RESPON. Dicendum, quod Vti, sicut dictum est, importat applicationem alicuius ad aliqd: quod autem applicatur ad aliud, se habet in ratione eius quod est ad finem. & ideo Vti, semper est eius, quod est ad finem, propter quod & ea sunt ad finem accommodata, utilia dicuntur, & ipsa utilitas interdu usus nominatur. Sed considerandum est, quod ultimus finis dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter, & alio modo quod ad aliquem. Cum enim finis, ut supra dictum est, dicatur quodque quod res, quodque autem adeptio rei, uel possessio eius, sicut auaro finis est uel pecunia, uel possessio pecuniae, manifestum est quod, simpliciter loquendo, ultimus finis est ipsa res. Non enim possessio pecuniae est bona, nisi propter bonum pecuniae: sed quod ad hunc adeptio pecuniae est finis ultimus: non enim quaeretur pecunia auarus, nisi ut habere eam. Ergo simpliciter loquendo & proprie, pecunia non aliquis fruitur, quia in ea ultimum finem constituit: sed in quantum refert eam ad possessionem, dicitur uti ea.

Art. 4.

q. 15. ad 3. L. 3. ad 1.

q. 2. art. 1. q. 5. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augu. loquitur de usu coniter, secundum quod importat ordinem finis ad ipsam fruitionem, quam aliquis quaerit de fine.

AD SECUNDVM Dicendum, quod finis assumitur in facultatem uoluntatis, ut uoluntas in illo quiescat. Vn ipsa requies in fine, quae fructio est, dicitur hoc modo usus finis: sed id, quod est ad finem, assumitur in facultatem uoluntatis non solum in ordine ad usum eius, quod est ad finem, sed in ordine ad aliam rem, in qua uoluntas quiescit.

AD TERTIVM Dicendum, quod usus accipitur in uerbis Hilarii, pro quiete in ultimo fine, eo modo quo aliquis, communiter loquendo, dicitur uti fine ad obtinendum ipsum, sicut dictum est, unde Aug. in 6. de Tri. dicit, quod illa delectatio, felicitas uel beatitudo usus ab eo appellatur.

In corp. 8 ad 1. Ca. 10. circa medium to mo 3.

ARTICVLVS IIII.

Utrum usus precedat electionem.

Super quest. decimasexta articulu quartum.

AD QUARTVM sic procedit. Videtur, quod usus precedat electionem. Post electionem enim nihil sequitur, nisi executio: sed usus cum pertineat ad uoluntatem, precedit executionem: ergo precedit etiam electionem.

Circa questionis decimasextae 4. articulum omissis primis tribus, aduerte, & memoriae commode dato distinctione duplicis habitudinis uoluntatis ad uoluntatem, quam id quod est ad finem. Est enim duplex haec habitudo diuersarum rationum, & tripliciter, ut in litera dicitur differunt. Primo, quia prima est, secundum quod uoluntatem in uoluntate: secundum uero, secundum quod uoluntatem in se realiter tendit. Secundo, quia prima

¶ 2. Praet. Absolutum est ante relatum, ergo minus relatum est ante magis relatum: sed electio importat duas relationes, unam cuius quod eligitur ad finem, aliam uero ad id cui praeligitur: usus autem importat solam relationem ad finem: ergo usus est prior electione.

¶ 3. Praet. Uoluntas utitur aliis potestatiis, in quantum mouet eas: sed